



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

§. 7. Diploma Pontificis contra Protestantes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](#)

Smalcaldici, verum Augustanæ tantum con- Sæcul. XVI.
fessionis ratione: quod ad privatum fœdus A.C. 1546.
attinet, in eo Cæsar excipitur claris verbis:
id cum ita sit, non est, cur hanc meam mi-
litiam ægre feratis, aut aliquid a me con-
tra fidem datam factum esse dicatis.

Accepto hoc responso Protestantes scriptum ediderunt, in quo Brandenburgi Marchionis rationes confutare, ac ex propriis ejusdem literis demonstrari nitebantur, quod ipsis, eorumque sociis suppetias ferre adstringatur, si id necessitas suadet, præcipue vero, si quis ipsis bellum nuntiat, prout Cæsarem fecisse dicebant.

§. VII.

Diploma Pontificis contra Pro- *testantes.*

Cum interim Germania tantis agita- Sleid. p 604.
 retur tumultibus, summus Ponti- Thuan hist.
 fax Romæ die decima quinta Julii di- lib. 2. n. 7.
 ploma edidit, pluribus in eo declarans suam sollicitudinem, qua ab Ecclesia deficientes ad salutem revocare, hancque in rem Synodus inchoare sategit, nec minus in illo hæreticorum cunctas leges vilipendentium pertinaciam deplorans, cunctos Christi fideleshortatus est, ut jejuniis atque precibus Deum foli-

Sæc. XVI. *solicitent, delicta sua confiteantur, & sa-*
A.C. 1546. *cerdotem sibi quisque deligat, quem velit,*
deinde cœnam Domini percipient, quo vide-
licet Deus exoratus bene vertat hoc bellum,
quod Cæsar & ipse necessario susciperent ad
extirpandas hæreses & restituendam Eccle-
siae pacem. Nec minus fervens Religio-
nis studium præferebat Imperator,
dum publicis literis more consueto pro-
mulgatis Joannem Fridericum Saxonie
Electorem, & Philippum Hassiæ Land-
gravium tanquam perfidos ac rebelles
proscripsit, eosque quietis publicæ tur-
batores, ac juratæ fidei transgressores,
& contra sacras Imperii leges seditio-
fos, raptioresque, ac bonorum Ecclesiæ,
plurimumque Provinciarum usurpatores
declaravit, qui, inquiebat Cæsar: Ut
ea omnia tanto securius ac licentius facerent,
specioso nomine Religionis, pacis, atque li-
bertatis publicæ tanquam fraudum palliis
utuntur, cum nil minus quam Religionis
conciliationem aut publicam Germanicæ pa-
cem atque libertatem expetant, sed potius
adversum me fædera patiti sunt, atque exte-
ros Reges in odium mei concitarunt, eos-
que, ut mihi tanquam Cæsari debitum ob-
sequium denegent, omni fraudum genere com-
pulerunt, aperte declarantes, quod diade-
ma, omnemque mihi potestatem adimere, si-
bique usurpare, & conturbatis omnibus,
Religionem, jus, pacem, atque libertatem
oppri-

opprimere, omnesque in suam tyrannidem Sæcul. XVI.
cogere velint. Inde autem patescit, ad quan- A.C. 1546.
ta extrema jamjam per venerit eorum per-
fidia, nequitia, atque iniqua in Ecclesiam,
atque Imperium rebellio.

Promulgata fuit hæc sententia die
vigesima Julii: verum ambo hi Princi-
pes illius executionem bellica expedi-
tione præverterunt.

§. VIII.

Landgravii copiæ in aciem eductæ.

Equidem Imperator totus in eo erat, *Sleid. p. 604.*
ut copiis suis clam undique condu- *& 605.*
ctis Smalcaldicos foederatos prius ado- *Belc. comm.*
riretur, quam illi armis essent instructi, *l. 24 n. 22.*
verum hi jamjam ad pugnam erant pa-
rati, atque Landgravius die decima
sexta Julii copias suas in aciem edux-
erat, prius tamen Guilielmum filium
suum sexdecim annorum juvenem Ar-
gentinam, urbem præ ceteris valde
munitam, securitatis gratia transmife-
rat. Porro primi omnium Superioris
Germaniæ milites haud procul ab urbe
Augustana hostilem impetum in Papæ
copias parum remotas tentare aggre-
diebantur: Carolus vero haud segnus
& ipse Ratisbonam valido munivit præ-
fidio, necnon ineunte Mense Augusto
inde discedens Stationem quamdam
Mnoa-